

quemq; coram videre ac audire optaram; partim quod ejusmodi materia, de VOLATILISATIONE SALIS TARTARI nempe, mihi suppeditaretur, ad quam investigandã & ipse aliquantum temporis ac operæ contuleram. Quare cùm (ut ex secuturis patebit) in simili Tartari fermentatione pro SALIS FIXI VOLATILISATIONE occupatus aliquando fuerim, animum induxi, ea quæ de Causis laboris hujus, quâ ratione scilicet hæc volatilifatio fiat, in mentem venerunt, brevissimè exponere. Cum verò earum rerum, quæ hæctenus à summis etiam Philosophis pro difficilissimis habitæ sunt, causæ cognitu satis difficiles sint, Vestram Præcellentiam etiam atque etiam rogo, ut si quid humani passus fuero, humaniter errorem monstret. Nemo enim (jubente Hippocrate l. 1. de diætâ) reprehendendus est, quod hæc invenire non potuerit, sed laudandi potius omnes, quod investigare conati sint.

In eo verò potissimū elaborabo, ut ostendam : Primo CAUSAS FIXATIONIS  
Salis